satis evincere posse putat. Cum vero illa ad eam-
dem Ill.mi Ducis intentionem longe non sufficiant,
immo vero contra eandem aperte militent; Visum
fuit ex Investitura Ill.mi Ducis a Sacra Regia Ma-
iestate Dno Dno nostro Clem.mo Sub datum Varsaviæ
die 28. mensis Maij anno Dni 1649. Suæ Celsitudini
concessa, subsequentia verba citare in hunc tenorem.
Cumque intercesserat, et hoc inter Ser.mum Prædecesso-
rem nostrum Divum Sigismundum Augustum,
et Illu.mum Avum convenerit, ut permutatione
Epatus Curonien. pro Sonneburga Arce, Cerijs
tal et Madrel, Ill.mus Dux magnus consentiret
et ad eam rem p.tus Avus noster D. Sigismundus
Augustus et Ser.mus Rex Stephanus, Serenissi-
musque Parens et frater noster operam receperint
ut cum reliqua Curonia, Epatu Curonien. quoque
sua Illustritas potiatur; Postea autem cum
vivente Duce Magno permutatio ea perfecta
non fuisset, gravissima autem de Episcopatu
eo controversia inter Div: me: Decessorem
nostrum Stephanum et Ser.mum Daniæ Regem
exorta, tandem Ser.mus Daniæ Rex transactio-
nem ex certis Conditionibus, Ser.mo Decessori
nostro Regnoque Jus suum, quod habere se
in eo Episcopatu existimabat, cessisset: Nihil
hoc tempore sine omnium ordinum consensu
statuere, eâ de re possumus, rem omnem in eo
statu, in quo antea fuit, relinquimus, neque